F. K. 120,1.

X 1881 627

IIn 234

ROMANORUM GERMANORUMQUE

# CÆSARUM NOMINUM, SUCCESSIONUM ET SECVLORVM A NATO CHRISTO Distincta Notatio

*Metro compendiosè descripta*

*additâ*

succinctâ explanatione.

Accessit

CAROLI SIGONII

Et

MARQVARDI FREHERI

Duplex Index,

Romanæ Germanicæque Historiæ

lectionem commodè dirigens:

*Ut &*

DAVIDIS CHYTRÆI

Series Historicorum à condito Mundo

ad nostra usque tempora

HELMESTADI,

Typis & Sumptibus JACOBI MVLLERI,

cIↃ IↃc LXVI.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

A. a. 8.

GENEROSA NOBILITATE ET
AVITA VIRTUTE
*PRÆSTANTISSIMIS ORNATISSIMISQVE*
*JUVENIBVS,*

DN. GEORGIO ERNESTO Von Bülow/
DN. JOACHIMO HENRICO Von Bülow/
DN. THOMÆ CHRISTIANO Von Bülow/
Fratribus Germanis,
Hereditariis in Abbenſen & Bledeln/
*Fautoribus & Amicis honoratiſſimis*

S. D.

Samuel Rachelius.

*ARs longa, vita brevis, inquit Hippocrates, veterum Medicorum princeps: quod ipſum non ſolùm in ea, cui ille ſe tradiderat, arte, ſed & aliis ſtudiis, cumprimis Hiſtorico, obtinet. Ut enim Medicꝰ vel ſolidam ſcientiam ſibi comparet, aut rectè medicinã faciat, diuturna Experientia ipſi opus eſt: nec minori indiget etiam is, qui res civiles vel rectè dijudicare, vel dirigere aliquando velit; quod ipſa principia Politica per plurimarum rerum ſingularium attentam obſervationem conſtituantur atque confirmentur. In qua Experientia tantum momentum eſt ſitum, ut cum duplicem Prudentiam Civilem feciſſet Ariſtoteles, Univerſalium & ſingularium, illos tamen, qui τῆς ἐμπειρείας ὄμμα* Experientiæ oculum *habuerint, longè prætulerit iis, qui integram axiomatum Politicorum ſeriem retexere ſciant: monetqꝫ ibidem, eam ob cauſam Senum dictis conſiliisque plus fidei tribuendum eſſe, quàm aliorum demonſtrationibus. Quam præclarum vero ac fructuoſum eſt, plurimarum rerum experientiam colligere, tam hoc profecto arduum eſt. Nam & ſingulari judicio, & prolixa ætate opus eſt; quæ non tam noſtri ſunt arbitrii, quam virgula quædam divina nobis ſuppeditantur: & præterea indefeſſus labos reqviritur, & cauta ſagacitas, ne experientiam captans in graviſſimum incidas periculum. Sed quantacunque tandem vi ac ſtudio hanc rem aliquis aggrediatur, ſi non aliorum exemplis, ſed ſuo ſolùm velit ſapere periculo, nequidquam ſapiet. Proinde ad Prudentiam comparandam nullum eſt majus, expeditius atque fructuoſius ſubſidium, quam Hiſtoricorum monumenta & annales*

Nocturna verſare manu, verſare diurna.

*Paris-*

*Rarissimè enim quidpiam in vita civili occurret, cujus schema jam olim non fuerit repræsentatum; adeoque cum eadem semper agatur fabula, præterita cum præsentibus, atque hæc cum futuris conjungenda sunt, ut rectum sit augurium. Hinc discere licet, cum publicas, tum privatas res prudenter disponere, parique sedulitate cum secundam tum adversam fortunam temperare: ut cum sæpe in tristissimos casus & tempora Historiam legentes incidamus, exitum tamen summa cum voluptate opperiamur, quod extra periculum simus constituti, & res nostræ invado sint. Est enim ita, uti Poëta ait:*

Suave, mari magno turbantibus æqvora ventis,
E terra magnum alterius spectare laborem.
Non quia vexari qvenqvam est jucunda voluptas;
Sed quibus ipse malis careas, quia cernere suave est.

*VOSitaque, NOBILISSIMI JVVENES, cum ipsa natalium conditione, exemplo meritisq; ILLVSTRIS PATRIS Vestri ad res civiles sive pace sive bello aliqvando moderandas sitis destinati, agite, illud studium qvando potest fieri industria ingredimini, unde cumprimis Prudentia rerum humanarum Regina comparatur. Atque hoc ipsum studium Historicum cum sit longè amplissimum, adminicula quædam VOBIS in nobilissima ejus parte bono animo offero, quibus cum me olim adjutum esse sciam, eadem & VOBIS profutura confido. Qvamdiu enim Vestro cortice natare nondum didicistis, nolim VOBIS autor esse, ut vasto illi Historiarum Oceano temerè VOS committatis, sed meo hoc remigio usi primum littus legatis, donec paulatim majoribus laboribus adsveti in altum provehere possitis. Cumq; non solùm rerum gestarum, sed etiam temporis & ordinis exacta sit habenda ratio, tot singularium moles oneri solet esse Memoriæ, ut vel illam capere, vel sustinere nèqveat, sed brevi oblivioni tradat. Cui rei alii imaginibus ac figuris, alii aliis præsidiis mederi student, quorum inventis & si non utar, nihil tamen iisdem detraho. Hoc tamen scio, numeris adstrictam orationem tenacissimè memoriæ imprimi posse, cumprimis ætate florente: in qva cum VOS, NOBILISSIMI JVVENES constituti sitis, VOBIS rem opidò utilem mihiqve pergratam feceritis, si paucos hosce Versus, plurimarum rerum momenta complectentes, ediscatis, meaqve hac opella ad studiorum Vestrorum incrementum utamini: qvibus si etiam deinceps velificari meo consilio aut studio potero, faxo reapse intelligatis, qvanti VOS faciam, tanto PATRE genitos Fratres, Paternæ virtutis æmulos. Valete. Scribebam in Academia Julia.*

# ARTICVLVS I. IMPP.

A

J. CÆSARE AD CONSTANTINUM M.

1 2 3
JULIUS, AUGUSTUS. TIBERI de flumine dictus.

4 5
Cuî CALIGÆ nomen fecerunt. CLAUDIUS excors.

6 7 8
TUM NERO. GALBA. Brevi fasces q perdidit OTHO.

9
Æmulus imperii scelerumq́; VITELLIUS illum

10
Excipit. At FLAVI renovavit secula Virtus.

11 12
Hinc TITUS. Atque NERO qui quondam dictus

es ALTER. (Artes

13 14
NERVA senex. Post hunc PRINCEPS fuit OPTIMUS.

15 16
Multiplices callens ADRIANUS. Et ANTONINUS

17 17
Hunc PIUS excepit. VERO comes ANTONINUS

Qui pulchrũ SOPHIÆ peperit de nomine nomen.

18 19
COMMODUS horrendum monstrũ. Post ÆLIUS.

Urbem

20 21
DIDIUS implevit vitiis. Quatit arma SEVERUS.

22 23
Hinc CARACALLA. Nihil gessit sublime MACRINO.

24
Insequitur SYRII jam CULTOR NUMINIS, orbis

Opprobrium. Melior redit ALTER ad arma

25
SEVERUS.

# EXPLANATIO.

I. JULIUS CÆSAR licet Successoribus suis nomen dederit, ipse tamen ex Cæsarum Rom. serie à multis excluditur, invasor potius imperii Monarchici creditus. 2. C. CÆSAR OCTAVIANUS AUGUSTUS. Huic Imperium S. P. Q. R. suffragio confirmatum esse Dio Cassius testatur, *lib. 53. add. l. 1. ff. de Constit. Princ.* CLAUDIUS TIBERIUS NERO, per scomma à quodam appellatus Caldius Biberius Mero, ob ebrietatem: ab alio, Lutum sanguine maceratum, ob crudelitatem. 4. C. CÆSAR CALIGULA, à caligis militaribus ita dictus. 5. CLAUDIUS DRUSUS CÆSAR, patruus Caligulæ. 6. DOMITIUS NERO, ab aliis NERO CLAUDIUS CÆSAR dictus, crudelissimus tyrannus. 7. SERVIUS SULPITIUS GALBA. Hic cum duobus Successoribus vix biennium imperavit. 8. MARCUS SYLVIUS (aliis SALVIUS) OTHO. 9. AULUS VITELLIUS. 10. FLAVIUS VESPASIANUS. 11. TITUS VESPASIANUS, Amor & delicium generis humani; princeps qui neminem à se tristem abire passus est: celebris bello Judaico & excidio Hierosolymæ. 12. FLAVIUS DOMITIANUS ob crudelitatem ALTER NERO dictus, qua periphrasi uti placuit, quod proprium nomen metro haud quadraret. 13. COCCEJUS NERVA, prudens & moderatus, sed exiguo tempore Imperator. 14. M. ULPIUS TRAJANVS à Senatu Princeps Optimus & Pater Patriæ salutatus. Laudatissimus Princeps, ut post hujus fata sollennis hæc acclamatio fuerit recepta: *Sis felicior Augusto, sis melior Trajano.* Creditурque à multis, sub hoc Principe Imperium Rom. maximum incrementum cepisse. 15. ÆLIUS ADRIANUS, ingenio admodum capaci, varioque: conditus est in mole à se nominata. Ab hoc urbs. Mysiæ Uscuduma Adrianopolis appellata. 16. ANTONINUS PIUS solus omnium Principum imperium habuit ἀναίμαλον, sine sanguine & bellis. 17. 17. M. AURELIUS ANTONINUS PHILOSOPHUS ejusque Collega L. ANTONINUS VERUS, Divi Fratres JCtis dicti. Atque hi primi duo Augusti appellati sunt. 18. L. COMMODUS ANTONINUS, Antonini Philosophi, optimi patris, filius degener & nequam. 19. ÆLIUS al. HELVIUS PERTINAX, Fortunæ pila, post bimestre imperium à seditiosis militibus trucidatus est. Mortuo acclamatum fuit, *Patri pio, Patri Senatus, Patri bonorum omnium.* 20. DIDIUS JULIANVS, eruditione melior quam animo: unde Senatui & Populo exosus postquam LXVI. dies imperasset, à Senatu capitis damnatus fuit; sic ut extenta damnatorum modo cervice decollatus, & caput ejus in Rostris positum fuerit. 21. SEPTIMIVS SEVERVS, bello acer & felix, Pescennium Nigrum in Oriente, Clodium Albinum in Occidente imperii æmulos vicit. In expeditione Britannica per transversam Provinciam muro CXXX. millium passuum ducto, quem auxit Bassianus, obiit Eboraci. 22. ANTONINVS BASSIANVS CARACALLA cum Fratre GETA, quem mox in sinu matris interemit. Audiens posse mitigari facinus, si Divum fratrem appellaret, dixisse fertur, *Sit Divus, dum non sit vivus.* Novercæ ad eum hæc libidinosissima vox fuit, *Si libet, licet.* 23. OPILIVS MACRINVS Caracalla occiso imperium arripuit, quod inglorius nec diu tenuit, à vili puero interfectus, 24. VARIVS ANTONINVS HELIOGABALVS seu Elagabalus, monstrum hominis, post infamem potentiam ultra triennium exactam à milite in latrina occisus, per publicum tractus & in Tiberim abjectus est. 25. ALEXANDER SEVERVS cognomen à disciplinæ militaris studio nactus, pace belloque præstans, magnus eruditorum fautor, à seditioso milite occisus.

Hunc [26]THRAX ſubſequitur. Socii [27]PUPIENUS habenas
[27]BALBINUSQUE tenent. Qeîs mox [28]GORDIANUS ademit
Sceptra levesque animas. ARABUM de gente
[29](PHILIPPUS.
Atque pio [30]DECIUS fluitans in ſanguine. Perſa
Ignavo [40]corium detraxit VALLERIANO.
Tu [41]GALIENE malis multum vexate Tyrannis.
[42]CLAUDIUS eulogio decoratus & arte regendi.
[43]VALLERIUS miles ſequitur nunc AURELIANUS.
Deîn [44]TACITUS. Fortisque [45]PROBUS. [46]CARUS [46]SOBO-
(LESQUE.
Acer & inſignis virtute [47]DIOCLETIANUS,
[47]MAXIMIANUS ei Socius fuit. [48]Hinc VAGA TURBA
INDUPERATORUM lacerat civilibus armis
Imperium, & variam patitur Diadema rapinam.

26. JULIVS MAXIMINVS THRAX, naturâ crudelis, ab exercitu unà cum Filio interemptus, conclamantibus militibus, *Ex peſſimo genere ne catulum habendum.* 27. PVPIENVS, qui & MAXIMVS dictus fuit, & CLODIVS ALBINVS: Hi duo IMPP. à Senatu creati oppoſitique ſunt Maximino Thraci, & ante hos GORDIANI duo, pater & filius: quibus brevi interemptis à Maximino, Pupieno & Albino Cæſar additus eſt à Senatu 28. GORDIANVS Tertius, JUNIOR dictus, quod ſuperiorum alterius Nepos, alterius eſſet Filius: qui obtruncatis à militibus Pupieno & Balbino, ex Cæſare mox Auguſtus fuit factus; tanto ea ætate inter hæc nomina diſcrimine, quantum hodie eſt inter Cæſarem & Regem Romanorum. 29. PHILIPPUS ARABS milite in Gordianum immiſſo, perque illum exſtincto, cum filio puero imperavit. 30. DECIUS oppreſſo deceſſore ſuo, crudeliſſimum in Chriſtianos imperium exercuit. Hic circumſeptus â GOTHIS voraginib9 hauritur, ita ut nec cadaver ejus potuerit inveniri. 40. Huic ab aliis tres præponuntur, ab Helvico aliisq; omiſſi, quod Imperii potius uſurpatores fuerint, quàm veri Auguſti: videlicet VIBIUS GALLUS cum filio VOLUSIANO, qui biennium imperarunt: atque his militari proditione exſtinctis ÆMILIUS ÆMILIANUS, imperator trimeſtris, eadem militis perfidia periit. Itaque LICINIUS VALERIANVS, acerrimus Chriſtianorum hoſtis, à milite Auguſtus denunciatur. Ipſe à pluribus diſtractus hoſtibus GALLIENUM filium Auguſtum creat, & bellum infeliciter cum Perſis gerens, ab horum Rege Sapore captus, ignominioſiſſimè habitus, tandem miſerrimè periit. Notandum & hoc eſt, Helvicum tradere, Valerianum cum Gallo & Voluſiano ſimul imperaſſe ad annos quatuor, & cum filio Gallieno annos ſeptem. 41. GALLIENUS quo pacto ad imperium evectus fuerit dictū eſt, princeps æquè obſcœnus ac crudelis, à XXX. Tyrannis Imperium Rom. diverſis partibus lacerantibus ſibique vindicantibus, mirificè exagitatus. Sub hoc FRANCORUM nomen primùm innotuiſſe dicitur. 42. FLAVIUS CLAUDIUS DALMATA ſucceſſit, egregius princeps, ſed exiguo tempore, cui etiam ad aliquos dies ſucceſſit QUINTILIUS ſeu QUINTELLUS frater, qui, quod nihil imperio dignum gerere potuerit, à plerisque præteritur. 43. VALERIUS AVRELIANUS ex Dacia oriundus virtute militari excelluit; ſed & crudelis fuit, â ſuis occiſus. 44. CLAUDIUS TACITUS ſemeſtre imperium habuit, bonus princeps: poſt quem privato auſu imperium invaſit FLORIANUS frater ejus, ultra unum alterumque menſem eo non lætatus. 45. AVRELIUS PROBVS ſtrenuus in bello, Germanorum Gothorumque victor. Sub hoc prima ALEMANNORVM mentio fit in hiſtoria. A milite ſuo obtruncatus, & nihilominus poſt obitum maximè ab eodem laudatus eſt. 46. M. AVRELIUS CARUS Auguſtus filios NVMERIANUM & CARINUM Cæſares appellavit. Ipſe fulmine conflagravit. Numerianus ab Arrio Apro ſocero ſuo ſublatus. Carus flagitioſa libidine exoſus à ſuis in prælio perimitur. 47. VALERIUS DIOCLETIANUS Dalmata, cognomento JOVIUS, collegam ſibi adſcivit AVRELIUM MAXIMIANUM, al. MAXIMINUM, cognomento HERCVLEVM. 48. Variis bellis hoſtibusque occupati duos imperii ſocios Cæſares deligunt JVLIUM CONSTANTIVM CHLORVM, Conſtantini M. patrem, & GALERIUM MAXIMINVM, al. MAXIMIANVM, cognomento ARMENTARIUM. Cum iſti Auguſti bella feliciter geſſiſſent usque ad vigeſimum annum; ac præterea etiam immanem iram ac feritatem in Chriſtianos effudiſſent, uterque una die privato habitu ac conditione Imperii inſigne mutavit. CONSTANTIUS CHLORUS & GALERIUS MAXIMINUS tum Auguſti renunciati, duos quoque Cæſares alios legerunt SEVERVM & MAXIMINUM. Mox Romæ prætoriani corrupti MAXENTIUM Herculei filium Auguſtum per tumultum nuncupant. Ea quoque tempeſtate LICINIUS à Galerio Imperator eſt creatus.

# ARTICVLVS II. IMPP.

## A CONSTANTINO MAGNO AD JUSTINIANUM.

1 CONSTANTINUS opem nutantibus attulit orbis
Rebus: & ille 2 TRIBUS moriens dat lampada NATIS.
3 Heſperias duro vexat MAGNENTIUS oras
4 Imperio. GALLUS. 5 Magno JULIANUS abuſus
6 Ingenio. Lacheſis JOVIANI præſecat annos.
7 Cumque VALENTE gerit poſt ſceptra VALENTI-
(NIANUS.
8 His modo ſuccedunt FRATRES, huic GRATIA nomen
8 Indidit, & Patri cognominis Alter. At illis
9 THEODOSIUS MAGNUS: 10 ſuccedit HONORIUS atque
10 ARCADIUS. Geſtat poſt hunc diadema SECUNDUS
11 THEODOSIUS. Poſt hos menſes de 12 MARTE vocatum
13 Præcipitat Clotho. LEO Thrax. Tum 14 ZENO. Deinde
15 DICORUS. Et terræ 16 JUSTINUS filius olim.



EXPLA-

# EXPLANATIO.

I. ONSTANTINUS MAGNUS, obtritis Tyrannis, Maxentio, Licinio, Maximino, & quodam Alexandro, tandem solus rerum potitus, Ecclesiæ tranquillitatem diris hactenus persecutionibus exagitatæ dedit. Hujus auspiciis Concilium I. Oecumenicum Nicenum fuit institutum, quo Arriana hæresis damnata. Imperium Romanum tum fuit divisum in Occidentale, cujus sedes Romæ, & Orientale, cujus sedes Constantinopoli. Vtrumque habuere Christiani Principes mille circiter annos, à Constantino initio facto: tum vero exstitit regnum Othomannicum, & Seculo XV. ipsa Constantinopolis à Turcis occupata fuit. Imperavit Constantinus XXX. annos: de quo illud fertur, quod primo decennio Optimus Princeps, altero Pupillus, tertio fuerit Latro. 2. CONSTANTIUS, CONSTANTINUS & CONSTANS, quorum primus in Oriente, reliqui in Occidente imperarunt. Sed & Constantius XIII. annos Patri socius imperii fuisse dicitur à Car. Sigonio. 3. MAGNENTIUS à quibusdam ex classe Impp. omittitur, quod tyrannus fuerit. A Constantio in eas redactus fuit angustias, ut sua ceciderit manu. 4. GALLVS à Constantio patruele Cæsar dictus, intempestivè principale culmen affectans, autoritate Constantii in modum noxii latronis cervice abscissa periit. Eamque ob causam & hic à nonnullis exserie Impp. excluditur. 5. Hic est ille FL. CLAVDIUS JVLIANUS, summo ingenio, sed in Christum impius & blasphemus, unde APOSTATA cognominari solet. 6. JOVIANUS al. JOVINIANUS ab exercitu Augustus renunciatus, menses septem aut octo imperium tractavit. 7. Hic jam sunt disjungendi Impp. Orientis & Occidentis, etsi perspicuitatis gratia nonnulli in versibo conjungantur. VALENS à fratre Valentiniano I. in societatem imperii allectus Orientem rexit. A Gothis, Alanis, Hunnisque victus, & saucius cum se in casam recepisset, igne ab hostibus suppositio crematus est. De ipsius fratre dicetur pag. seq. in Appendice Occidentalium Impp. 8. GRATIANUS & VALENTINIANUS II, seu MINOR, Valentiniani I. filii, à vivo patre Cæsares declarati succedunt: de quibus in Appendice Occidentalium. 9. THEODOSIUS I. MAGNUS piissimus & optimus Princeps, à Gratiano Orienti præfectus, mox ab eodem & fratre Valentiniano II. in societatem imperii cooptatus est. Magna tamen etiam bella gessit in Occidente, ibique Eugenium Tyrannum oppressit. Sepultus est Constantinopoli. 10. ARCADIUS & Honorius filii Theodosii M. in imperio successerunt. Arcadius Orienti præfuit, cui Pater tutorem dedit Rufinum, etsi filius jam antè una cum Patre imperasset. 11. THEODOSIUS II. Arcadii filius in Oriente successit, cui octenni à Patre tutor datus Jezdagerdes Rex Persarum, munere suo fideliter functus. Pulcheriam sororem Augustam appellat. Ipso imperante habitum fuit Concilium III. Oecumenicum, quo Nestorii hæresis damnata fuit. Ipsius quoque auspiciis Codex legum compositus est, qui Theodosianus dicitur. 12. MARTIANUS Pulcheriæ favore ad imperium evectus, cujus matrimonium illa pacta esse dicitur, sed salva, ut volunt virginitate. Hoc tempore Concilium IV. Oecum. Chalcedonense fuit habitum, quo Eutyches damnatus est. 13. LEO Thrax aut Dacus, à Patriarcha coronatus. Laudatur hæc ejus vox: *Utinam liceret meo tempore, quæ militibus dantur, in artium professores impendere.* 14. ZENO gener Leonis, voluptarius. Comitiali morbo aut crapula exanimatus in sepulchrum pro mortuo delatus fuit: expergefactus clamores & ejulatus miscuit, sed Ariadnæ conjugis jussu miserè ità periit. 15. ANASTASIUS DICORUS ob pupillas oculorum bicolores dictus. Hoc imperante Anglosaxones in Britanniam trajecerunt. 16. JUSTINUS Thrax, primùm subulcus, tum faber lignarius, post miles, hinc Comes, tandem Imperator.

# APPENDIX
# De residuis IMPP.
## Occidentis
## A
## VALENTINIANO
### Usque ad Finem.

REgibus Hesperiis succedo VALENTINIANUS.[1]
Hunc Socii excipiunt, alter cuî GRATIA[2] nomen
Fecit, & adscitus collega VALENTINIANUS.[2]
Barbaricis sequitur vexatus HONORIUS[3] armis.
TERTIUS hinc tractat jam septra VALENTINIANUS.[4]
MAXIMUS[5] hunc tollit: cui mox succedit AVITUS.[6]
MAIORANUS.[7] Et hinc fata interrupta SEVERI.[8]
Post hunc ANTHEMUS.[9] Succedit OLYBRIUS.[10] Aufert
JULIUS[12] ille NEPOS[11] GLYCERIDÆ sceptra. Nepotem
Opprimit infausto cognomine dictus ORESTES.[13]

EXPLA-

# EXPLANATIO.

I. VALENTINIANUS I. seu MAJOR cum fratre VALENTE imperavit, sic ut hic Orienti, ipse Occidenti præesset. Fuit Princeps sic satis bonus & in religionis contentionibus valde moderatus. A Juliano olim privatus ob Christianismum dignitate, cum Valentinianus aspersus aqua lustrali in templo idololatrico alapam sacrificulo gentili impegisset. Sub eo primum cognitum SAXONUM nomen. 2. GRATIANUS & VALENTINIANUS II. seu MINOR Valentiniani I. Filii à vivo Patre Cæsares renuntiabantur. Hi perpetuis ferè bellicis turbis in Occidente distenti, communi illum imperio videntur administrasse, Orientis tutela Theodosio commendata Gratianus per proditionem Maximi Tyranni, & post eum frater Valentinianus fraude Arbogastis interemptus est, cum ille jam Theodosium in societatem Imperii vocasset. 3. HONORIVS cum fratre Arcadio imperavit, hoc *O*rientem, isto *O*ccidentem moderante. Honorio pater Theodosius I. tutorem dederat Stiliconem. Gildonem Africæ præfectum, ejusque fratrem pòst Mascezelem rebellantes domuit. At Stiliconis soceri ac tutoris perfidia Gothi & Italiam devastarunt, & ipsam Romam auspiciis Regis sui ALARICI ceperunt: quo nomine Stilico cum Filio suo obtruncatus est. 4. VALENTINIANVS III. filius Placidiæ, quæ erat soror Honorii, à Theodosio II. Socero *O*ccidentis Imperator constitutus. Hoc Principe Imperium *O*ccidentis, Francis Gallias, Anglis & Scotis Britanniam occupantibus, Vandalis Africam & Vrbem populantibus, Hunnis Italiam & reliquam Europam vexantibus, funditus collapsum est. 5. MAXIMVS magnæ autoritatis ea tempestate vir, astu persuasit Valentiniano, ut Aetium, cujus ductu Attila in campis Catalaunicis victus erat, interimeret, atque ita, ut tum quidam judicabat, sinistra sibi dextram abscinderet. Post Maximus ipsum Valentinianum dolo sustulit, ejusque conjugem Eudoxiam Theodosii filiam sibi matrimonio junxit, ac simul Imperium occupavit. Imperatrix intelligens Maximi consilio maritum periisse, vindictæ cupida Genscricum Vandalorum regem ex Africa accersit, qui Italiam & Vrbem occupavit ac diripuit: interea Maximus in fuga lapidibus obruitur. 6. AVITVS in Gallia sumpsit imperium, quo brevi exutus est, fuitque tum potius Interregnum. 7. MAJORANVS al. MAJORIANVS Imperator ab exercitu lectus, industrius & fortis, quique rebus *O*ccidentis restituendis par fuisset, nisi fata illius vitam interrupissent. 8. SEVERVS Patritius conspriatione cum Ricimero Patricio inita, hujus manu Majoranum opprimit, & Imperium involat, quod perpaucos menses tenuit, sive veneno à Ricimero ministrato, sive morbo, ut Sidonius tradit, exstinctus. 9. ANTHEMIVS ab exercitu, consentiente Leone *O*rientis Imp. Augustus est dictus, qui ut res suas firmaret, Ricimero filiam suam conjugem dedit, à quo nihilominus captus & interemptus est. 10. *O*LYBRIVS senator successit, sed vix degustata imperii suavitate decessit. 11. GLYCERIVS Comes domesticorum Imperatoris opera Gundibarii Patricii nepotis Ricimeri Augustus ab exercitu constituitur. 12. JVLIVS NEP*O*S Glycerium Imperii insignia deponere coëgit, eumque Ecclesiæ Salonensi in Dalmatia Episcopum præfecit. 13. ORESTES originis Gothicæ, magister militum, deposito Julio Nepote, filium suum Romulum Momyllum (Augustulum ex contemptu appellatum) adhuc puerum, Imperatorem suffragante exercitu fecit. Hunc *O*doacer Herulorum rex omni potestate & imperio exuit & Imperio *O*ccidentali finem imposuit, quod uti in Augusto ceperat, ita in Augustulo desiit.

# ARTICVLVS III. IMPP.

## A JUSTINIANO AD CAROLUM M.

1
JUSTINIANUS amat Leges, & liberat orbem
2
Barbaricis populis. JUSTINUS JUNIOR. Illum
3
Excipit à TIBERI Princeps qui dicitur ALTER.
4 5 6
MAURITIUS. PHOCAS. HERACLIUS. Atque Novercæ,
7
CONSTANTINE, tuam qui debes inclyte mortem.
8 9
HERACLEONAS ab hoc. CONSTANS. Tum nomina
10 11 (Πώγων Πώγωνος, Πωγώνης barba.
Dat CONSTANTINO. MOX ALTER JUSTINIANUS.
12 13
BARDANES hunc truncat. ARTEMIUS. Inde sequetur
14 15
THEIDOSIUS. LEO post succedit ISAURUS. At illi
16 17 18
COPRONYMUS. Post hũc QUARTUS LEO. CONSTAN-
(TINUS
Filius Illius. Sexum quæ mente superba
18
Extulit IRENE, Carolo diadema relinquet.

COmplures adhuc supersunt Orientis Impp. quorum res cum minus fuerint memorabiles, & circa finem Seculi VIII. opibus Francorum immensùm auctis, istæ nõ æquè ad nos pertineant, sola illorum nomina sequentur, qui post Irenen imperarunt, Jo. Bapt. Egnatii seriem secuti. Nicephorus. Stauracius, Michael Curopalates. Leo Armenius. Michaël Balbus. Theophilus. Michaël Theophili & Theodora mater ejus. Basilius Macedo. Leo Basilii Philosophus. Alexander. Constantinus. Romanus Lecapenus. Romanus Leonis Junior. Nicephorus Phocas. Joannes Zimisces. Basilius & Constantinus fratres. Constantinus. Romanus Argyropylus. Michaël Paphlago. Michaël Calaphates. Zoë & Theodora. Constantinus *M*onomachus. Theodora. Michaël Senior. Isaacius Comnenus. Constantinus Ducas. Eudoxia & Filii. Romanus Diogenes. Michael Constantini Ducæ F. Parapinaceus. Nicephorus Botaniates. Alexius Comnenus. Joannes. Manuel. Alexius. Andronicus Comnenus. Isaacius Angelus. Alexius Fratricida. Alexius Junior Isaaci F. Balduinus Flandrenis Henricus. Petrus Antisiodorensis. Robertus filius. Baldvinus. Lascari. Michaël Palæologus. Andronicus & Michaël filius. Andronicus Junior. Joannes Palæologus & Joannes Cantacuzenus. Manuel Palæol. Joannes Palæol. Constantinus Palæologus : quo Imp. Constantinopolis à Turcis capta A. C. 1453. quarto Kal. Junias. Occidentis Imp. Friderico III. & Romæ sedente Nicolao V. Pont.

EXPLA-

# EXPLANATIO.

I. USTINIANVS Justini Imp. sororis filius. Jus omne civile Rom. opera Triboniani aliorumque digessit. Per Belisarium & Narsetem multa bella feliciter confecit, regnoque Gothorum in Italia finem imposuit. Ædificiis magnificisque structuris excitandis, ut & Uxori suæ Theodoræ plus satis fuit deditus. 2. JUSTINUS II. JUNIOR, Justiniani sororis filius, à bello alienus. Hoc Imp. Langobardi Italiam invaserunt, & in ea sibi Regnum constituerunt, quod ab Alboino primo Rege usque ad Desiderium ultimum duravit 206. annos, juxta Sigonium. Ut vero Imperatores Orientis reliquias Imperii Occidentalis à Langobardis aliisve nondum occupatas conservarent, Exarchatum Ravennatensem instituerunt, quod Ravennæ suam sedem haberet Exarchus. 3. TIBERIUS II. consors imperii factus Justino adhuc superstiti. Fuit Princeps placidus, pius & munificus, & rem etiam contra Persas feliciter gessit. 4. MAURITIUS CAPPADOX propter fortitudinem & fidem in bello Persico præstitam primùm gener Tiberii, deinde successor factus est. Periit ob avaritiam, cætera eximius Imperator. Hoc Imp. TURCARVM nomen primò in Asia auditum fuisse autor est Jo. Bapt. Egnatius. 5. PHOCAS arrepto imperio Mauritium Imp. cum conjuge liberisque crudeliter interfecit, similem cum suis exitum passus. Hic Pontifici Ro. Bonifacio III. Episcopi Universalis titulum tribuisse dicitur. 6. HERACLIUS Phocam sustulit, & Persas malè multavit. Saracenis cum stipendia denegasset, attraxit eos in Palæstinam, magno Christiani orbis malo, novo ibi Imperio seu Regno à Mahomete duce ipsorum instituto. 7. CONSTANTINUS al. CONSTANS Heraclii filius breve habuit imperium. 8. HERACLEONAS matrem habuit Martinam Constantini novercam, quæ ut suo filio imperium adstrueret, Constantinum veneno sustulit. Itaque & mater & filius à Senatu post semestre expelluntur, matri lingua prius, filio naribus amputatis. 9. CONSTANS filius Constantini, Heraclii nepos, cum Saracenis mári, & in Italia cum Langobardis infeliciter conflixit: tandem in Sicilia propter crudelitatem occisus. 10. CONSTANTINUS Constantis filius POGONATUS dictus, quod in Siciliam nece Patris intellecta profectus imberbis esset, & barba satis promissa inde rediisset. Instituit etiam Concilium VI. Oecum. Constantinopolitanum contra Monothelitas. Feruntur Libri de Re Rustica sub Constantini nomine, quos nonnulli huic Principi tribuunt. 11. JUSTINIANUS II. RHINOTMETUS, filius Constantini, crudelis. Ideo à Leontio mutilatus naribus relegatur. Sed ope Bulgarorum imperium recuperat, & Leontium cum Absimaro (qui Tiberius etiam dici volebat) capite truncat. Atque hanc ob causam Helvicum secuti hos duos exseric Impp. excluſimus. Fertur, quod hic Cæsar, quoties truncas nares emungeret, toties unum ex iis, qui Leontio faverant, ad supplicium rapi jusserit. 12. PHILIPPICUS BARDANES Justinianum capite truncat. Hinc cum impensè Monothelitarum hæresi faveret, & Bulgari aliique barbari magnos progressus facerent, exosus luminibus privatur. 13. ARTEMIUS, qui etiam ANASTASIUS II. dicitur, breve habuit imperium; expeditione enim contra Saracenos non satis feliciter producente, tonsus & in monasterium conjectus est. 14. THEODOSIUS III. Atramytenus cum annum & quod excurrit imperasset metu Leonis cum purpura imperium deposuit, vitam amplexus monasticam. 15. LEO ISAURUS, qui & ICONOMACHUS Constantinopolim triennium obsessam contra Saracenos fortiter defendit. Hoc Imp. Pontifices Ro. ad Francos respicere cœperunt. 16. CONSTANTINUS COPRONYMUS cognominatus quod infans baptismi lavacro imtiandus illud suis excrementis polluerit: cujus uxor IRENE Bulgarica. 17. LEO IV, PORPHYROGENNETUS dictus, quod puer purpuram induerit & consors imperii factus sit, Copronymi filius. Huic pater uxorem dedit IRENEN Atticam. 18. CONSTANTINUS Leonis unà cum matre IRENE Attica imperavit, mox illam rejecit, inque ordinem redegit. Sed restituta Filium omnibus invisum excœcat, sola rerum potita. His Impp. habitum fuit Concilium VII. Oecum. Nicenum contra Eiconomachos.

ἀ καιρος sterey,

# ARTICVLVS IV. IMPP. GERMANICORUM.

*A*

## CAROLO MAGNO AD INTERREGNUM.

GLoria Francorũ Carol9 cognomine Magn9.
Hunc Ludovicus : Et hunc sequitur Lotharius.
(Alter
Jam Ludovic9 habet: post hunc cũ vertice Calvo
Imperium Carolus. Ludovicus Tertius heres
Est regni. Carolus sequitur cognomine Crassus.
Arnolphus. Ludovicus adit jam regia Quartus
Sceptra. Regit patriam Cunradus. At hunc pre-
(mit Auceps
Henric9. Magnusque Otho. Post Otho Secund9.
Tertius Otho. Venit Henricus qui pede Claud9.
Cunradus Saliquus. Succedit Tertius Henrich.
Henricus Quartus. Quint9. Lotharius Alter.
Cunradus. Primus Frideric9. Quem modò Sext9.
Henricus sequitur. Percussit Saxo Philippum.
Alter ab hoc sequitur Fridericus. Præsule Romę
Imperium existunt Varii turbante Regentes.

EXPLA-

# EXPLANATIO.

I. CAROLUS, heros virtute, pietate, munificentia, eruditione & rerum gestarum celebritate ac felicitate verè MAGNUS. Natus patre Pipino, qui primus *Christianissimi* nomen tulit. Langobardorũ regnum destruxit, & de Imperio Italiæ cum Irene transegit: mox AUGUSTUS Imp. à Leone III. P. R. solenniter renunciatus est. Saxonas tricennali bello tandem vicit. 2 LUDOVICUS I. PIUS Caroli M. filius, Princeps clemens & facilis, à filiis varie exagitatus, instinctu Episcoporum. Nam quod nonnemo verè dixit, *Religio peperit divitias, sed filia devoravit matrem*, jam tum usu comprobari cœpit. 3. LOTHARIUS Ludovici Pii filius natu maximus cum fratribus Carolo & Ludovico de Imperio transegit, Lotharius præter Regnum Italiæ Galliam Narbonensem & Imperii decus: Carolus Galliam: Ludovicus Germaniam (unde Germanicus appellatur) consecutus est. 4, LUDOVICUS II. Lotharii filius animo dissidens à Carolo Calvo Francorum R. propter Austrasiæ regnum, quod Calvus sibi totum vendicabat. 5. CAROLUS II. CALVUS Lodovici Pii filius natu minimus, Lotharii frater, à Joanne P. R. Imp. coronatus est. In hunc cum Ludovici Germanici filii bellum pararent, ipse obiit. 6. LUDOVICUS III. BALBUS Caroli Calvi fil. biennium Imperator. 7. CAROLUS III. CRASSUS Ludovici Germanici filius à Pontifice Imperii coronam obtinuit. Cui post octennium circiter imperium fuit abrogatum. 8. ARNOLPHUS Carolomanni Caroli III. fratris filius nothus. Hoc Imp. de Regno Italiæ magna fuit decertatio, contendentibus Berengariis, Ludovico Bosonis F. Hugone, Rudolpho & Lothario, quæ demum abOthone I. compressa est. Periit Arnolphus phthiriasi. 9. Qui proximè sequuntur duo ab aliis omittuntur. LUDOVICUS IV. Arnolphi fil. puer imperium adiit: in quo mascula stirps Caroli M. defecit. Atque hactenus qui imperarunt Principes ex familia fuerunt Carolina. 10. CUNRADUS I. Franconiæ dux Imperator commendatione Othonis Saxoniæ ducis Imperium suscipere detrectantis designatus est, licet benedictio Pontificia non accesserit. Cum Henrico Saxone Othonis istius fil. aliisque Principibus rebellibus gravia bella gessit. Tandem moribundus insignia imperii Henrico mittit, eumque Principibus Imperatorem commendat, commodum publicum suæ cupiditati & inimicitiis præponens. 11. HENRICUS AUCEPS primus è Saxonibus Cæsar, à Papa tamen non coronatus. Magnas res gessit. Slavos, Hungarosque vicit. Bohemiam tributariam fecit. Sepultus Quedlinburgi. 12. OTHO MAGNUS Henrici Aucupis F. parenti par pietate, fortitudine, prudentia ac rebus gestis. Cum alios, tum etiam Danos vicit, victosq; ad Christianam religionem traduxit. Sepultus Magdeburgi. 13. OTHO II. Othonis M. fil. primò felix in bellis, postremò infelix. 14. OTHO III. Othonis II. fil. sapiens fortisque princeps. In Italia Pontifices in ordinem redegit, Joanne oculis privato, ac restituto Gregorio V, & Crescentio supplicio adfecto. 5. HENRICUS II. SANCTUS, nec non CLAVDUS appellatus, Bavariæ Dux, Othonis I. fratris filius, strenuus princeps. Atque hactenus in imperio fuit Familia Saxonum. Sequuntur Suevi. 16. CVNRADUS II. SALIQVVS, Franconiæ dux, bello fortis. Burgundiam cum Germania rursus coniunxit. 17. HENRICVS III. NIGER, Cunradi fil. Polonos, Bohemos, Ungaros, ac Pontifices Rom. in ordinem redegit. 18. HENRICUS IV: Henrici III. fil. pessimè à Pontifice Hildebrando, alias Gregorio VII. habitus, & primus ab illo excommunicatus. Bis & saxagies pugnavit. 19. HENRICVS V. Henrici IV. fil. à Pontifice in Patrem concitatus, pari tamen modo & ipse ab eodem habitus. 20. LOTHARIVS II. Saxo, pius ac fortis. Sepultus in monasterio Lutteræ Regiæ 21 CVNRADVS III. Sueviæ dux, ex Henrici V. sorore genitus. 22. ERIDERICUS I. BARBAROSSA, seu, AENOBARBUS, Friderico Cunradi fratre, & Henrici Superbi Noricorum ducis filia, genitus, heros inclytus. 23. HENRICVS VI. Asper dictus, Friderici I. fil. Siciliæ regnum sibi adjecit. 24. PHILIPPVS Henrici VI. frater. Contra hunc â quibusdam electus fuit OTHO IV. qui Philippo occiso imperium sibi asseruit. 25. FRIDERICVS II. Henrici VI. fil. sapiens ac fortis, indignis modis à Papis tractatus, & quinquies illorum anathemate percussus. Quo mortuo per XX. ac plures annos legitimo successore Imperium caruit, omnia turbantibus Papis. 26. Atque ab his CVNRADVS contra patrem Fridericum II. cum HENRICO Landgravio & postea cum GVILIELMO Hollando excitatus fuit. Quibus successor delectus pòst fuit RICHARDVS Angliæ Regis frater, detentus tamen seditionibus domesticis in Anglia. Hinc nonnulli Historici Friderici II. legitimum successorem demum subjungunt Rudolphum Habspurgensem. Interea Germaniæ status fuit perturbatissimus.

ARTI-

# ARTICVLVS V. IMPP.
## A
## RUDOLPHO HABSPURGENSI AD NOSTRA TEMPORA.

R 1 estituit rem vix HABSPURGICUS ille RUDOLPHUS.
2 3 4
NASSOVIO obsistit ALBERTUS PRIMUS. At HENRICH
SEPTIMUS à Lützburg exstinctus pane sacrato.
5
Succedit QUINTUS LUDOVICUS BAVARUS. Illi
5
Objicit AUSTRIACUS sese FRIDERICUS. At illi
6 6
Succesit CAROL9 QUART9. Cui GUNTHER habenas
Invidit Princeps SCHWARTZBURGICUS. Inde Bohe-
7 8
WENCESLAUS adest. Palatina stirpe RUPERTUS. (mus
9 10
Marchio JODOCUS. Tum SIGISMUNDUS. Et ALTER
11 12
Austrius ALBERTUS. FRIDERICUS TERTIUS. Hinc jam
13
MAXMILIANUS erit PRIMUS. Mox QUINTUS ab illo
14
CAROLUS. Et Frater FERNANDUS PRIMUS. At illum
16
Filius excepit moderatus MAXMILIANUS
17
ALTER. Tũ Princeps RUDOLPH hac classe SECUND9.
18 19
MATTHIAS. Frater FERNANDUS deinde SECUNDUS.
20
TERTIUS hunc FERNAND sequitur. Nunc nomine
longas tractet
Imperii fragiles 2 21 LEOPOLDVS tractat habenas. (PRIMVS
EXPLA-

# EXPLANATIO.

RUDOLPHUS I, Comes Habspurgicus ob singularem fortitudinem Imperator à Septemviris electus Interregno finem imposuit. Hanc dignitatem sibi invidentem Ottocarum Boëmiæ R. acie vicit. Pseudofridericum captum, qui se pro Friderico juniore Suevis ostentabat, combussit. Cætera laudandus, nisi quod jura Imperii in Regno Italiæ accepta pecunia corruperit. 2. ADOLPHUS NASSOVIUS imperii initia præclara dedit, pòst cum privata autoritate, exclusis Ordinibus, omnia ageret, imperium ipsi ab iis abdicatum fuit, eique oppositus alius Imp. Albertus, à quo in prælio cæsus est. 3. ALBERTUS I. AUSTRIACUS. Rudolphi fil. cognominatus ita, quod conjugio sibi Austriam, Comitatum Tirolis & Goriciæ acquisiverit. 4. HENRICUS VII. Lutzenburgius, egregius Princeps: qui jura regni in Italia restauraturus à monacho necatur oblata hostia consecrata eaque veneno infecta. 5. LUDOVICUS V. (nescio cur aliis IV.) BAVARUS, præclarus Princeps: in quo constituendo cum dissiderent Electores, nonnulli ex iis crearunt FRIDERICUM Austriacum Alberti F. qui gravissimo bello collisi sunt. Tandem cum Friderico capto Ludovicus transegit. Pontificibus magno se animo opposuit: de qua re cum alii, tum Nicol. Burgundus. 6. CAROLUS IV. Henrici VII. nepos, filius Joannis Regis Bohemiæ. In cujus electione iterum dissensio orta, aliis EDUARDUM Angliæ R. aliis FRIDERICUM Marchionem Misniæ, aliis GUNTHERUM Comitem Schvvartzburgensem eligentibus. Sed recusantibus Imperium cum Eduardo, tum Friderico, & Gunthero veneno sublato, penes Carolum rerum summa mansit. Hoc Imp. AUREA BULLA magno Imperii bono fuit condita: id quod fortè unicum in eo Principe laudari potest, aliis rebus gestis meritus, ut jam olim *Vitricus Imperii* dictus fuerit. 7. WENCESLAUS Caroli IV. F. largitionibus Patris ipso adhuc vivo Successor jam declaratus, tandem ob inemendabilem negligentiam ac socordiam Imperio ab Electoribus exutus est. 8. RUPERTUS PALATINUS (Egnatio Robertus Bavarus dicitur) in locum Wenceslai surrogatus, res Imperii collapsas summo studio restaurare annisus est. Galeacium à Wenceslao Ducem Mediolanensem magno Germaniæ damno creatum, eaque re superbientem in ordinem redigere voluit, sed à suis desertus re infecta in Germaniam rediit. 9. JODOCUS Marchio Moraviæ ab Helvico etiam hic memoratur, ab aliis ferè omissus, quod perbreve ejus fuerit imperium. 10. SIGISMUNDUS Caroli IV. F. per conjugium Hungariæ, & defuncto fratre Wenceslao, Bohemiæ regno, tum Imperii Majestate potitus est, excelsi animi Princeps, doctus, in bellis (implicitus verò erat iis plurimis) infelix. Indixit quoque Concilium Constantiense. 11. ALBERTUS II. Austriacus, Sigismundi gener, qua occasione & Hungariam & Bohemiam ad se traduxit, atque insuper Imperator factus est. 12. FRIDERICUS III. Austriacus Princeps, Imperium diu tenuit, pacis cumprimis studiosus, & licet bellis quibusdam implicaretur, quàm tamen fieri potuit celerrimè se iis expedivit, sicut à multis socordiæ ipsius hoc imputetur; laudatur enim ab his, culpatur ab istis. Hoc Imp. Constantinopolis à Turcis fuit expugnata: de qua suprà. 13. MAXIMILIANUS I. Friderici III. F. insignis Princeps, gravia bella gessit, Imperii res constituit, instituto prius Regimento, mox Judicio Spirensi, & Imperio in Circulos diviso. Duxit uxorem Mariam Caroli Burgundi filiam unicam XVII. provinciarum Belgicarum heredem. 14. CAROLUS V. Maximiliani I. nepos, Philippi filius, Belgii, & jure materno Hispaniæ & magnæ Italiæ partis, nec non ampliſſimi in Germania patrimonii hæres. De cujus rebus gestis præstat tacere, quàm pauca dicere. Toto imperii tempore, extremo excepto, felix & glorioſus victor. 15. FERDINANDUS I. abdicatum à Carolo V. Fratre imperium suscepit, eique magna prudentia ac moderatione præfuit. 16. MAXIMILIANUS II. Ferdinandi I. filius, optimus ac laudatissimus Princeps. 17. RUDOLPHUS II. Maximiliani II. fil. Decessit liberis legitimis orbus. 18. MATTHIAS Rudolphi II. frater. 19. FERDINANDUS II. Ferdinandi I. ex Carolo filio nepos, Rudolphi & Matthiæ patruelis. Ex multis difficillimisque bellis se felicissimè expedivit, quamdiu Religionis causa ab iis abfuit. 20. FERDINANDUS III. Ferdinandi II. F. post maxima & funestissima bella tandem Pacem Imperio reddidit, condita sanctione pragmatica, Instrumento Pacis. 21. LEOPOLDUS Ferdinandi III. F. cui Deus victoriam contra Turcas, felicitatem ac prudentiam domi forisque largiatur, quo membra Imperii tenui pendentia filo sarta tecta conserventur.

# RECENSIO METRICA
## IMPP.
### SUB QUIBUS QUODQUE SECULUM COEPIT.

HI I. sunt, qui CHRISTI II. designant Secula Reges.
AUGUSTUS. Sequitur III. TRAIANUS. Et inde SEVERUS
IV.
SEPTIMIUS. GHLORUS cum CALERIO. Notat inde
V. VI.
ARCADIUS quintum. Sed sextum ANASTASIUS ille
DICORUS orditur. Primordia dura sequentis
VII. VIII.
MAURITIUS secli dat: JUSTINIANUS at ALTER
IX
Octavi. Nonum CAROLUS cognomine MAGNUS:
X. XI.
Incipit hinc decimũ LUDOVIC9 QUART9. At OTHO
XII.
TERTI9 hunc sequitur. Duodenũq; addidit HEN-
(RICH
QUARTUS. Terdeni spatii sed secula QUARTUS
XIII. XIV.
OTHO dat. Hinc quartum decimum AUSTRIUS in-
(cipit ævum
ALBERTUS. Decimum quintũ PALATINUS habebit
XV. XVI.
RUPERTUS. Decimum sextum sed MAXMILIANUS
PRIMUS. Præsentis primordia fausta SECUNDUS
XVII.
RUDOLPHUS dedit: ac illo jam vivimus ævo.

EXPLA-

# EXPLANATIO.

I. SEcula à CHRISTO nato sine dubio recte discernenda ac consignanda sunt iis CÆSARUM nominibus, quibus imperantibus quodque Seculum numerari cœpit. Cum vero Historici & Chronologi in annis Imperii, Nativitatis atque Obitus Cæsarum nonnihil variare soleant, me tamen bonos sequi Autores Lector velim existimet, licet fortê non ubique cum quovis sententia conveniam. Quî enim hoc fieri possit, ubi satis magna opinionum est diversitas? Et licet fortè aliqua occurrat discrepantia, diversi tamen termini ac temporum spatia à diversis Autoribus posita non ita multùm à se invicem distabunt, ut res careat magno periculo.

I. Seculum notat AUGUSTUS, ut quo imperante CHRISTUS natus est. II. Seculum signat TRAJANUS, qui imperare cœpit. A. C. 97. aut 98. usque ad A. C. 117. III. Seculum auspicatur SEPTIMIUS SEVERUS, imperium ingressus A. C. 193. & obiit A. C. 211. IV. Seculi initium incidit in tempora CHLORI & GALERII, qui ab A. C. 291. aut 292. imperarunt ad A. C. 304. aut 306. V. Seculum cedere cœpit Imp. ARCADIO, qui A. C. 395. cœpit, & A. C. 408. imperare desiit. VI. Seculi initium tribuitur ANASTASIO DICORO qui ab A. C. 491. usque ad A. C. 518 rebus præfuit. VII. Seculo initium dat MAURITIUS CAPPADOX. qui ab A. C. 582. aut 586. usque ad A. C. 602. regnavit. VIII. Seculum cœpit sub JUSTINIANO II. qui ab A. C. 685. imperium produxit ad A. C. 711. IX. Seculi initium unanimi consensu CAROLO MAGNO assignatur, ut qui jam ante A. C. 800. regnaverit, & Cæsaream dignitatem post etiam usque ad A. C. 814. tenuerit. X. Seculum incipit sub LUDOVICO IV. qui ab A. C. 899. vel 900. imperavit usque ad A. C. 912. XI. Seculi initium incidit in OTHONEM III, qui ab A. C. 983. vel 984. imperavit usque A. C. 1002. XII. Seculi initium numeratur sub HENRICO IV, qui ab A. C. 1056. usque ad A. C. 1106. imperavit. XIII. Seculi initium currere cœpit OTHONE IV. imperante, qui A. C. 1199. aut 1200. occiso PHILIPPO Imperium invasit. XIV. Seculum orditur ALBERTUS I. AUSTRIACUS, qui ab A. C. 1298. usque ad A. C. 1308. imperavit. XV. Seculi primo anno imperare cœpit RUPERTUS PALATINUS, obiit A. C. 1410. XVI. initium in MAXIMILIANO I. cepit, ut qui ab A. C. 1493. ad A. C. 1518. Imperium administravit. XVII. quod jam agitur Seculum initium habet in RUDOLPHO II. qui ab A. C. 1575. aut 1576. imperavit usque ad A. C. 1612.

# CAROLUS SIGONIUS,

*De*

# ROMANÆ HISTORIÆ SCRIPTORIBUS

## prout quisque Eorum vixit.


| | | | |
|---|---|---|---|
| Polybius Megalopolitanus. | græc. 1. | C. Julius Capitolinus. | lat. 21. |
| C. Julius Cæsar. | lat. 2. | T. Ælius Lampridius. | lat. 22. |
| C. Sallustius Crispus. | lat. 3. | Trebellius Pollio. | lat. 23. |
| Diodorus Siculus. | græc. 4. | Flavius Vopiscus. | lat. 24. |
| Dionysius Halicarnasseus. | gr. 5. | Ælius Spartianus. | lat. 25. |
| T. Livius. | lat. 6. | Vulcatius Gallicanus. | lat. 26. |
| Valerius Maximus. | lat. 7. | Flavius Eutropius. | lat. 27. |
| P. Vellejus Paterculus. | lat. 8. | Ammianus Marcellinus. | lat. 28. |
| C. Plinius Secundus. | lat. 9. | Sex. Aurelius Victor. | lat. 29. |
| Plutarchus Cheroneus. | gr. 10. | Paulus Orosius. | lat. 30. |
| P. Cornelius Tacitus. | lat. 11. | Sextus Rufus. | lat. 31. |
| Sex. Julius Frontinus. | lat. 12. | Zosimus. | gr. 32. |
| C. Plinius Cæcilius. | lat. 13. | Procopius Rhetor Cæsariensis. | gr. 33. |
| C. Suetonius Tranquillus. | lat. 14. | Agathias Scholasticus. | gr. 34. |
| Appianus Sophista Alexandrinus. | gr. 15. | Jornandes Gothus. | lat. 35. |
| Æmylius Probus. | lat. 16. | Marcellinus Comes. | lat. 36. |
| L. Annæus Florus. | lat. 17. | Beda Anglus. | lat. 37. |
| Justinus. | lat. 18. | Paulus Diaconus Langobardus. | lat. 38. |
| Dio Cassius Nicæus. | gr. 19. | Anastasius S. R. E. Bibliothecarius. | lat. 39. |
| Herodianus. | gr. 20. | Joannes Zonaras. | gr. 40. |


---

# EJUSDEM SIGONII

## ORDO HISTORIÆ ROMANÆ,

## Ut à quôque Scriptore per temporum seriem petenda est.

### I. Qui res ante Reges in Italia & sub Regibus Romæ gestas per Annos 244. scripsere.

Dionysius Halicarnasseus lib. 4.
T. Livius lib. 1.
L. Florus lib. 1.
P. Vellejus Paterculus lib. 1.
Flavius Eutropius lib. 1.
Plutarchus in Romuli, Numæ & Poplicolæ vitis.
Plinius de Viris Illustribus.
Paulus Orosius lib. 1.
Joannes Zonaras Tom. 1.
Solinus cap. 1. & 2. Polyhistoris.

### II. Ab exactis Regibus ad Leges XII. Tabb. 58. annis; quæ conscribi cœptæ sunt A. U. C. 303.

Diony-

Dionyſius lib. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.
T. Livius lib. 2.
L Florus. lib. 1.
Eutropius lib. 1.
Plutarchus in Pyrrhi, Marcelli & Fabii Maximi Vitis.
Plinius de Viris Illuſtribus.
Paulus Oroſius lib. 2.
Sex. Rufus.
Joannes Zonaras Tom. 1.
Diodorus Siculus nonnihil libris 11. & 12.

## III. A XII Tabb. ad Bellum Tarentinum, & Regis Pyrrhi, qui A. U. C. 474. in Italiam venit, annis 171.

Dionyſius pauca libris 10. & 11.
T. Livius à lib. 4. ad 10.
Epitomæ Livii lib. 11. & 12.
Florus lib. 1.
Eutropius lib. 1. & 2.
Plutarchus in Camilli vita.
Plinius de Viris Illuſtribus.
Paulus Oroſius lib. 2. & 3.
Sex. Rufus.
Joannes Zonaras Tom. 1.

## IV. A Pyrrho ad Primum Bellum Punicum, quod cœptum eſt A. U. C. 435. anuis 62.

Polybius lib. 1. & 2.
Epitomæ à lib. 13. ad 20.
Florus lib. 1. & 2.
Eutropius lib. 1. & 2.
Plutarchus in Camilli vita.
Plinius de Viris Illuſtribus.
Paulus Oroſius lib. 2. & 3.
Sex. Rufus.
Joannes Zonaras Tom. 1.

## V. A Pyrrho ad Secundum Bellum Punicum, quod cœptum eſt A. U. C. 535. annis 62.

Polybius lib. 1. & 2.
Epitomæ à lib. 13. ad 20.
Florus lib. 2.
Eutropius lib. 2.
Plutarchus in Pyrrhi, Marcelli & Fabii vitis.
Plinius de Viris Illuſtribus.
Paulus Oroſius lib. 4.
Sex. Rufus.
Joannes Zonaras Tom. 1.

## VI. A Bello Punico Secundo usque ad Tertium, quod fuit A. U. C. 605. annis 70.

Livius lib. 20. ad 40.
Polybius lib. 3. 4. 5. 6. & fragmentis reliquorum.
Eutropius lib. 2. 3. 4.
Silius Italicus lib. 8.
Plutarchus in Fabii Maximi, Marcelli, Catonis Majoris, Pauli Æmylii & Flaminii vitis.
Plinius de Viris Illuſtribus.
Æmylius Probus in Annibalis vita.
Appianus in Syrio.
Paterculus lib. 1.
Paulus Oroſius. lib. 4.
Sex. Rufus.
Joannes Zonaras Tom. 1.

## VII. A Bello Punico Tertio ad Cæſarem Dictatorem, qui fuit A. U. C. 706. annis 100.

Florus lib. 2. & 3.
Appianus in Lybico, Iberico, Mithridatico, & 1. & 2. bellor. civilium.
Eutropius lib. 4. 5. & 6.
Plutarchus in Marii, Sullæ, Sertorii, Pompeii, Luculli, Craſi, Cæſaris, Ciceronis, Catonis, M. Antonii & Bruti vitis.
Cornelius Nepos in Attici vita.
Salluſtius in Jugurthino, Catilinario, & concionibus.
Dio lib. 37. 38. 39. 40.
Suetonius in Cæſaris vita.
Lucanus.
Cæſaris Commentarii.
Paterculus lib. 1. & 2.
Plinius de Viris Illuſtribus.
Paulus Oroſius lib. 4. 5. 6.
Joannes Zonaras Tom. 1.

## VIII. A Cæsare Dictatore ad Obitum Augusti, qui fuit A. V. C. 761 annis. 62.

Dio à lib. 40. ad 56.
Suetonius in Cæsaris & Augusti vitis.
Appianus lib. 2. 3. 4. 5. bellor. civil. & in Parthico.
Vellejus Paterculus lib. 2.
Cæsaris Commentarii de bello civili, cum Hirtio.
Florus lib. 3. 4.
Plutarchus in Cæsaris, Ciceronis, Antonii, Bruti & Catonis vitis.
Eutropius lib. 6. & 7.
Cornelius Nepos in Attici vita.
Tacitus initio lib. 1.
Paulus Orosius lib. 6.
Sex. Rufus.
Sex. Aurelius Victor.
Zonaras Tom. 6.
Zosimus historiarum lib. 1.
Josephus lib. Antiq. 14. 15. 16. 17.

## IX. Ab obitu Augusti ad Domitiani necem, quæ fuit A. V. C. 849. annis 82.

Dio lib. 57. & 58.
Johannes Xiphilinus in Epitoma Dionis.
Tacitus.
Suetonius in reliquis X. Impp. vitis.
Eutropius lib. 7.
Sex. Aurelius Victor.
Sex. Rufus.
Zosimus lib. 1.
Paulus Orosius lib. 7.
Zonaras tom. 20.
Josephus lib. 17. 18. 19. 20. Antiquitat. & lib. 7. de bello Judaico.

## X. A Nervæ principatu ad Constantini M. imperium, quod fuit A. V. C. 1058. annis 210.

Eutropius lib. 8. & 9.
Sex. Aurelius Victor.
Sex. Rufus.
Xiphilinus in Epitoma Dionis.
Paulus Orosius lib. 2.
L. Ælius Spartianus.
Julius Capitolinus
L. Ælius Lampridius.
Herodianus Alexandrinus.
Vulcatius Gallicanus.
Trebellius Pollio.
Flavius Vopiscus.

## XI. A Constantino M. ad Justiniani Imp. obitum, qui fuit A. Chr. 455. A. V. C. 1317. annis 261.

Eutropius lib. 20.
Eusebius Cæsariensis in vita Constantini lib. 5.
Paulus Orosius lib. 7.
Sex. Aurelius Victor.
Sex. Rufus.
Ammiani Marcellini libri posteriores. 18.
Zosimus à lib. 2. ad 6.
Paulus Diaconus ab 11. ad 28.
Socrates in Historia Ecclesiast. lib. 6.
Euagrius Scholasticus in Historia Ecclesiast. lib. 6.
Historia Tripartita.
Jornandes Gothus in Chronicis.
S. Hieronymi Chronica Eusebio adjecta.
Prosper in Chronicis.
Procopius lib. 7.
Agathias Scholasticus lib. 5.
Anastasius S. R. E. bibliothecarius in vitis Pontificum R. & Histor. Ecclesiast.
Theophanes Isaurus.
Nicephorus Gallistus in Histor. Ecclesiast.

## XII. A Justiniano Imp. deinceps.

Euagrius Scholasticus.
Beda Anglus.
Paulus Diaconus.
Anastasius S. R. E. bibliothecarius in vitis Rom. Pontificum & Historia Ecclesiast.
Zonaras Tom 3.

MAR-

# MARQVARDI FREHERI
## DIRECTORIUM
# IN OMNES FERE, QUOS SUPERSTITES HABEMUS, CHRONOLOGOS, ANNALIUM SCRIPTO-res & Historicos potissimum Romani Germanicique Imperii

*Ujus hic usus est, ut cui quidem animus fert, eos Scriptores uno tractu & tenore evolvere, atque etiam inter se confere & conjungere, ordine eo insistat & procedat, qui sinistro latere exhibetur, ubi* INCIPIT *scriptum. Cui vero circa unum vel alterum annum aliquo inquisito opus est, ideoque scire desiderat, quis Scriptor illum habeat, quique ibidem concurrant: is dextrum laterculum teneat, in quo* DESINIT. *Annoque reperto ( quandoquidem qui eum præcedunt jam exspiraverunt) norit insequenti adeoque omnibus sequentibus, donec & ipsi nos destituent, se quod indagat inventurum.*

## INCIPIT, ab Orbe condito.

EUsebii Chronologia: *cum suis Continuatoribus.*
Pauli Orosii Historiarum libri.
Johannes Zonaras.
Georgius Cedrenus.
Georgius Monachus & Anastasius Bibliothecarius.
Glycas & Manasses.
Gregorius Turonensis Episcopus.
Ado Viennesis Episcopus.
FreculphusLexoviensisEpiscopus:quemtamen integrum non habemus.
Hermannus Contractus Comes Veringensis.
Lambertus de Schaffenburg Monachus Hirsfeldensis.
Marianus Scotus Monachus Fuldensis.
Chronicon *Suarzachense, m. s. apud nos.*
Florentius Wigornienſis monachus.
MattheusWestmonasterienſis, Florilegus vulgo dictus.
Godefridus Viterbiensis.
Otho Frisingensis Episcopus.
Richardus Pictavienſis, Cluniacensis monachus. *m. s.*
Conradus de Lichtenau, abbas Urspergensis.
Vincentii Beluacensis speculum historiale.
Albertus Abbas Stadensis.
D. Gobelini Personæ Cosmodromium.
Antoninus Archiepiscopus Florentinus.
Compilatio Chronologica ex diversis, *editione VVecheliana fol. 705.*
Wernerus Rolvvinck Carthusianus.
Henricus Mutius historiographus Germaniæ.
Johannes Nauclerus Præpositus Tubingensis.
Jacobus Philippus Bergomensis Augustinianus.
M. Antonius Coccius Sabellicus.
Bibliotheque Historiale de Nic. Vignier Barrois.

## Ab Italia & Vrbe condita.

Paulus Diaconus, *cum continuatore suo.*
Cassiodori Chronicon.

Martinus Polonus Archiepiſcopus Conſcentintu.
Cuſpiniani Conſules
Joh. Aventini Annales Bojorum.
Antiquites Gauloiſes de Claude Fauchet.

# A Chriſto Servatore nato.

| INICIPIT. | | DESINIT. |
|---|---|---|
| | 100 | |
| | 200 | |
| | 300 | |
| D. Hieronymi Chronologia. | 329 | Euſebii Chronologia: *quam continuat Hieronymus.* |
| Marcellini Comitis V. C. Chronicon. | 380 | |
| Sigeberti Gemblacenſis Annales. | 381 | |
| | 382 | Hieronymi Chronologia: *quam excipit Proſper & Marcellinus Comes.* |
| | 400 | |
| Burgundicarum rerum Chronicon, Nicolai Vignierii. | 408 | |
| | 420 | Pauli Oroſii hiſtoria. |
| Francorum Chronica, ex Hunibaldo epitomata per Trithemium. | 431 | |
| Victoris Epiſcopi Tunnunenſis Chronicon. | 448 | Proſperi Chronologia: *quam continuat Victor Epiſcopus Tunnunenſis.* |
| Siffridus presbyter Miſnenſis. | 465 | |
| | 500 | |
| | 519 | Aurelii Caſſiodori Chronicon. |
| | 565 | Marcellini Comitis Chronicon. |
| Johannis Epiſcopi Gerundenſis Chronicon. | 566 | Victoris Tunnunenſis Chronicon: quem continuat Johannes Biclarenſis Epiſcopus Gerundenſis. |
| | 591 | Johannis Biclarenſis Epiſcopi Gerundenſis Chronicon. |
| Saracenicum Chronicon per Wolfgangum Drechslerum. | 596 | |
| | 600 | Gregorii Turonenſis Epiſcopi hiſtoria Francorum: *quem continuat Scholaſticus quidam.* |
| | 608 | Freculphi Lexovienſis Epiſcopi Chronicorum Tomus II. *Reliqua deſiderantur.* |
| Incerti Scriptoris fragmentum hiſtoricum Alberto Argentinenſi præfixum. | 631 | |
| | 666 | Chronica Gothorum, Vandalorum, Sucvorum. *per P. Pith.* |
| Annales Francorum Fuldenſes. *in tomis M. Freheri.* | 714 | |
| | 735 | Scholaſticus continuator Gregorii Turonenſis. *edidit Flacius.* |
| Adelmi Benedictini annales Carolorũ: *hactenus ſine nomine editi, poſt Eginhartum.* | 741 | |

M. Adam

| INCIPIT: | | DESINIT. |
|---|---|---|
| | 751 | Antiquites Gauloiſes de Claude Fauchet. |
| M. Adami Bremenſis hiſtoria Eccleſiaſtica. | 755 | |
| Chronicon Laurishamenſe. | 764 | |
| Annales Caroli M. à poëta incerto ſcripti. *edidit Reineccius.* | 771 | |
| Thegani Chorepiſcopi Trever. opus de vita Ludovicii Pii Imp. | 778 | |
| Alberti Crantzii Metropolis, de Eccleſiis ſub Carolo M. inſtaturatis. | 788 | |
| | 800 | |
| | 806 | Pauli Diaconi, ejusq; continuatoris Ludolphi Sagacis hiſtoria miſcella. |
| | | Item Anaſtaſii Bibliothecarii hiſtoria Eccleſiaſtica. |
| | 814 | Poëta vetus de Carolo M. |
| | 828 | Adelmi annales Francorum: *poſt Einhardum editi à Hermanno Com. Nenenario.* |
| Hirſaugienſe Chronicon Johannis Trithemii Abbatis Spanheim. | 830 | |
| | 842 | Adelmi annalium plenior editio Wecheliana, *inter Einhardum & Turpinum fol. 66.* |
| | 843 | Nithardi Chronicorum libri tres. *per P. Pith.* |
| Auſtralis Chronicæ antiquæ excerptum per M. Mareſchalcum. *In Tom. Freheri.* | 852 | |
| | 883 | Annales Francorum incerti, *per P. Pith.* |
| | 900 | Annales Francorum Fuldenſes. *in Tom. Freheri.* |
| Chronicon Frodoardi presbyteri Remenſis. *per P. Pithæum.* | 919 | |
| | 967 | Reginonis Abbatis Prumienſis Annales locupletiſſimi. |
| Pauli Langii Cygnei monachi Bozavienſis Chronicon Citizenſe. | 968 | |
| Auguſtenſis Chronica excerpta per M. Mareſchalcum. *In Tom. Freheri.* | 973 | |
| | 970 | Frodoardi Remenſis Chronicon. |
| | 988 | Adonis Viennenſis Chronicon. |
| Glabri Rodulphi Cluniacenſis monachi Francorum hiſtoria. *per. P. Pith.* | 1000 | |
| Chronicon Montis-Sereni, cœnobii in diœceſi Magdeburg. m. ſ. *Meibomio à Frehero edendum datum, non tamen editum.* | 1024 | |
| Monachi Pegavienſis hiſtoria de Viperto Marchione. *per Reineccium.* | 1040 | |
| Spanheimenſis cœnobii Chronicon, ab Abbate ejus Trithemio ſcriptum, *editum à Frehero in volum. operum Trithemii.* | 1044 | Glabri Rodulphi Cluniacenſis monachi Francorum hiſtoria: *quem continuant aliæ diverſorum hiſtoriæ in eodem volumine, per P. Pithæum.* |

| INCIPIT. | | DESINIT. |
|---|---|---|
| Bertholdi presbyteri Constantiens. continuatio ad Hermannum Contractum. *in edit VVechel.* | 1057 | Johannis Cedreni historiarum compendium. Item Johannis Curopalatæ Scyllitzæ. |
| | 1065 | Hermanni Contracti Chronicon: *quod continuat Bertoldus presbyter Constantiensis.* |
| Matthæi Paris Monachi Albanensis historia Anglica. | 1066 | |
| Brunonis historia de Bello Saxoniæ Henrici IV. Imperatoris. *In Tom. Freheri.* | 1073 | |
| | 1077 | Lamberti Schaffnaburg monachi Hirsfeldensis annales: *quem in editione VVecheliana continuat Monachus quidam Erphordiensis.* |
| | 1082 | Brunonis historia de Bello Saxonico Henrici IV. Imper. |
| | 1083 | Mariani Scoti Chronicon: *quem continuat Dodechinas Abbus, in editione VVecheliana.* |
| Elvvagensis Chronici excerpta per Matth. Mareschalcum. *In Tom. Freh.* | 1093 | |
| | 1100 | |
| | 1104 | Chronicon Augustense excerptum per M. Mareschalcum. |
| | 1112 | Sigeberti Gemblacensis Chronicon: *quem continuat Robertus de Monte, in edit. VVechel.* |
| Nicetæ Acominati Choniatæ Byzantina historia annorum 86, græcolatine. | 1118 | Johannis Zonaræ monachi Historiarum compendium, græcolatinum: *Quem excepit Nicetas Choniates usque ad annum 1203. interprete Hier. VVolfio.* |
| | 1124 | Monachus Pegaviensis de Viperto. |
| | 1126 | Chronicon Schvvartzachense m. s. |
| | 1139 | Florentii Wigornienſis Monachi annales: *quem quidam inde continuat usque ad annum 1141.* |
| Moguntinense Chronicon Conradi Episcopi. | 1140 | |
| | 1146 | Godefridi Viterbiensis Pantheon. |
| Augustense Chronicon diffusius S. Udalrici & Afræ: *Interpolatum nonnihil ab Henrico Sterone. Tom. Freheri.* | 1152 | Othonis Episcopi Frisingensis Chronica. *Quem continuat Otho de S. Blasio editione VVecheliana.* |
| | 1158 | Richardi Pictavienſis chronicon m. s. |
| Godefridi monachi S. Pantaleonis apud Agrippinam, annales diligentissimi. *Tom.* Freheri. fol. 239. | 1162 | |
| | 1170 | Radevicus Frisingensis Canonicus, continuator Othonis Episcopi de vita Friderici Imp. *Continuatus & ipse hucusque ab incerto quodam.* |
| | 1179 | Laurishamensis cœnobii Chronicon. *Tom. Freheri: cujus continuatio nonnulla in Appendice.* |

Nice-

| INCIPIT. | | DESINIT. |
|---|---|---|
| | 1200 | Dodechinus Abbas, continuator Mariani Scoti. |
| Nicephori Gregoræ Byzantina hiſtoria annorum 145. | 1204 | Nicetas Acominatus Choniates: *quem continuo excipit Nicephorus Gregoras, & ipſe interprete VVolfio.* |
| Monachi paduani de rebus Inſubrium libri III. *editio. VVecheliana.* | 1207 | |
| | 1210 | Robertus de Monte, continuator Sigeberti. *editione VVechel.* |
| | | Otho de S. Blaſio, continuator Othonis Friſingenſis. |
| Chronicon Colmarienſe: *edente Urſtiſio apud VVechel.* | 1211 | |
| Aliud ejusdem loci, paulò diffuſius, *per eund. fol. 37.* | 1218 | |
| | 1215 | Montis Sereni Chronicon m. ſ. |
| | 1228 | Urſpergenſis abbas: *qui ab inde continuatores ſuos habet.* |
| | | Tholoſanum Chronicon m. ſ. |
| | 1237 | Godefridi Colonienſis Monachi annales *Tom. Freheri.* |
| | 1250 | Moguntiacum Chronicon Conradi Epiſcopi. |
| | | Vincentii Beluacenſis ſpeculum hiſtoriale. |
| | 1253 | Landgraviorum Thuringiæ Chronicon. *edit. VVechel.* |
| | 1256 | Alberti abbatis Stadenſis Chronicon. *edente Reineccio.* |
| | 1258 | Fragmentum incerti M. Alberto Argentinenſi præfixum. |
| Hainrici Steronis Capellani Chronicon Altahenſe. *Tom. Freheri fol 384.* | 1265 | Chronicon SS. Udalrici & Afræ apud Auguſtam. *Tom. Freher.* |
| M. Albetri Argentinenſis Annales accurati | 1270 | Monachi Paduani hiſtoria Inſubrium. |
| Guilermi de Nangis, geſta Philippi Regis Franciæ. *per P. Pithœum.* | 1273 | Matthæi Paris Monachi hiſtoria Anglica. |
| Auſtralis Chronica paulò diffuſior. *Tom. Freher. fol. 327.* | 1276 | |
| | 1278 | Martini Poloni Chroicon. *Cui addita eſt continuatio uſque ad annum 1320.* |
| | 1285 | Guilermi de Nangis geſta Philippi Franciæ Regis. |
| | | Jacobi Meieri Chronicon de rebus Flandriæ. |
| Annales Turcici Sultanorum Oſmanidarum, de ipſorum lingua in Latinum translati, & commentario illuſtrati per Joh. Leunclavium. | 1289 | |
| Heinrici de Rebdorf monachi chronica. *Tom. Freher. fol. 411.* | | |



Laonic

| INCIPIT. | | DESINIT. |
|---|---|---|
| Laonici Chalcocandelis Altahensis historia de origine & gestis Turcorum: *interprete Clauſero.* | 1300 | Chronicon Altahense H. Steronis, *quod ibi continuant Udalricus & Conradus VVillingi fratres. fol. 404.* |
| | 1302 | Australis Chronica. *Tom. Freheri.* |
| | 1303 | Colmariense Chronicon. *edit. VVechel. fol. 36. & 62.* |
| | 1307 | Siffridus presbyter Misnensis Matthæi Westmonasterienſis, Florilegi vulgò dicti Flores historiarum. Quorum continuationem usque ad annum 1377. vide in historia Ranulphi monachi Cestrensis. |
| Historiæ Joannis Regis Bohemiæ, Chronica Aulæ Regiæ inscripta. m. s. | 1317 | |
| | 1320 | Continuator Martini Poloni. |
| Chroniques & histoires de Jeã Froisſard. | 1326 | Chronicæ Australis excerptum. *Tom. Freheri.* |
| | 1333 | Historia Johannis Regis Bohemiæ. |
| | 1341 | Nicephori Gregoriæ Historia Byzantina: *cujus continuatio ad excidium usque Urbis C. P. peti poterit è Laonico Chalcocandele.* |
| | 1352 | Lamberti Schaffnaburgensis continuator monachus Erphordiensis. *edit. VVechel. f. 264.* |
| | 1362 | Chronica Henrici Rebdorf. Monachi. *Tom. Freheri.* |
| | 1370 | Hirsaugiense Chronicon Trithemii, *editum Basileæ. Nam in m. s. aliter est.* |
| | 1377 | Continuator Matthæi Westmonasteriensis. |
| | 1378 | M. Alberti Argentinensis Annales. |
| | 1400 | Chronique de Jean Froissard. |
| | 1418 | D. Gobelini Personæ Cosinodromium. |
| | 1426 | Historia de Landgraviis Thuringiæ. Laonici Chalcocandelis Atahensis historia Turcica *græcolatine interprete Clauſero.* |
| | 1460 | Antonini Archiepiscopi Florentini Chronica. Joh. Aventini Annales Bojorum. |
| Chroniques de Philippe de Commines. | 1464 | |
| | 1472 | Platina de vitis Pontificum. |
| | 1473 | Chronologica compilatio ex diversis Autoribus. *edit. VVechel. 754.* |
| | 1477 | Elvvangense Chronicon. *Tom. Freheri.* |
| | 1482 | Matthæi Palmerii Chronologia Eusebianæ adjuncta. |
| | | Burgundicarum rerum Chronicon, Nicolai Vignierii. |
| | 1484 | Werneri Rolevvinck fasciculus temporum. *quem inde continuat Johannes Linturius, edit. VVechel.* |

Pauli

| INCIPIT. | DESINIT. | |
|---|---|---|
| Pauli Jovii Comensis Episcopi Nucerini, historiarum sui temporis Tomi duo. | 1486<br>1449 | Jacobi Bergomensis historicum Opus.<br>Joh. Cuspiniani Imperatores: *quem excipit Paulus Jovius.* |
| | 1498<br>1500 | Chronique de Philippe de Commines. |
| | 1501 | Johannes Nauclerus Præpositus Tubingensis: *quem continuat Nicolaus Basilius, & alii.* |
| | 1503 | Jacobi Philippi Bergomatis Chronicon. |
| | 1504 | Antonii Sabellici Enneades: *quem continuat Caspar Hedio Ecclesiastes Argentinensis.* |
| | | Alberti Crantzii historia gentis Saxonicæ, Vandalicæ & Borealium. |
| | 1514 | Continuator Rotecoivellii, Johannes Linturius. *edit. VVechel.* |
| | 1515 | Chronicon Hirsaugiense Trithemii integrum. |
| | 1515 | Pauli Langii Cygnei Chronicon Citizense. |
| Johannis Sleidani rerum sub Carolo V. Imp. in Ecclesia & Rep. gestarum commentarii. | 1517 | |
| Item Lamberti Hortensi Montfortii de bello Germanico commentarii. | 1519. | Bibliotheque historiale de N. Vignier Barrois. *Paris. fol.* |
| | 1526 | Chronicon Spanheimense Trithemii, ab ejus successore hucusque continuatum. |
| | 1537 | Continuator Abbatis Urspergensis. |
| | 1539 | Henricus Mutius historiographus Germaniæ. |
| | | Continuator Sabellici Enneadum, Caspar Hedio. |
| | 1544 | Continuatores Naucleri. |
| | 1550 | Chronicon Sarracenium Drechsleri: *quod inde continuat Johannes Rosinus usque ad annum* 1594. |
| | | Annales Turcici, latinè editi per Leunclavium: *cum ulteriori ejus supplemento,* usque ad annum 1587. |
| | 1556 | Johannes Sleidanus: *quem continuat D. Adam Petri Basil.* |
| | | Lambertus Hortensius Montfortius. |
| | 1573 | Chronologia incerti Eusebianæ & Palmerianæ adjuncta. |
| | | *Recentiores apponere & dirigere non fuit hujus loci.* |

# SERIES HISTORICORUM.

## Qui continuam Mundi Hiſtoriam, à primo illius ortu ad noſtra uſque rempora deduxerunt,

à

## DAVIDE CHYTRÆO,

quondam in Academia Roſtochienſi propoſita.

| | | |
|---|---|---|
| | DILUVIUM *Gen.* 5. 7. ſunt Anni —— | 1656 |
| | Inde ad Abrahamum natum, *Gen.* 9. —— | 292 |
| **MOSES** ſcripſit hiſtoriam | Promiſſionem de CHRISTO factam Abrahæ *Gen.* 11. | 75 |
| à principio Mundi uſque ad | Exitum ex Ægypto & promulgatam Legem, *Gal.* 3. | 430 |
| | Introitum in terram Canaan. | 40 |
| | Summa Annorum Hiſtoriæ Moſis —— —— | 2439 |
| Liber JOSUA ET JUDICUM continet annos —— —— | | 317 |
| I. Regum complectitur hiſtoriam annorum —— —— | | 80 |
| II. Regum —— —— —— —— | | 40 |
| III. Regum —— —— —— —— | | 126 |
| IV. Regum uſque ad captivitatem Babylonicam —— —— | | 308 |
| Anni Captivitatis uſque ad initium Monarchiæ Cyri —— | | 70 |
| uſque ad annum Mundi —— —— | | 3434 |

**HERODOTUS** paulò ante Cyrum incipit. Meminit Sennacherib Regis Aſſyriæ, & Apryis Ægyptii, cujus mentio fit *Jer.* 44 & prælii inter Neco & Aſſyrios, in quo Joſias interfectus eſt, quod 4. Reg. 23. narratur, pervenit ad Annum Mundi 3485
qui fuit 8. Xerxis, & 50. ante Bellum Peloponneſiacum.

**THUCYDIDES** initio breviter hiſtoriam 50. annorum à fine belli Xerxis, uſque ad initium belli Peloponneſiaci pertexit. Cujus hiſtoriam poſtea prolixe octo libris deſcribit, & pervenit ad annum belli 20. qui eſt Annus Mundi. 3555

**XENOPHON** in ἑλληνικοῖς Hiſtoriam belli Græcorum continuat uſque ad prælium ad Mantineam, quod factum eſt circa Annum Mundi 3597
qui fuit ultimus Artaxerxis Mnemonis, cujus cum fratre Cyro bellum Xenophon in Ἀναβάσει deſcribit.

**DIODORUS SICULUS** 40. Libris Hiſtoriam Univerſalem à Diluvio uſque ad J. Cæſarem complexus eſt. Sed in libris 11. & 12. & ſequentibus octo, à bello Xerxis usque ad ſucceſſores Alexandri M. & Annum Mundi 3664
pervenit: qui annus in 10. librum Livii incidit.

**LIVIUS** contexuit integram Hiſtoriam Romanam à condita Urbe & Anno Mundi 3212. uſque ad quartum annum ante Chriſtum natum, qui eſt Mundi 3958. Etſi autem ex 140. libris Livii tantum 35. extent, tamen ſeries præcipuarum Hiſtoriarum ex Epitoma Flori facilè colligi poteſt.
CHRISTVS natus eſt Anno Mundi 3962

**DIO CASSIUS** integram Imperii Auguſti Hiſtoriam libro 45. & ſequentibus 14. expoſuit, ac deinceps uſque ad Alexandrum Severum, & Annum Chriſti 231.
pervenit, cujus Hiſtoriæ ſeries ex XIPHILINI Epitoma petatur.

**VELLEIUS PATERCVLUS**, Epitomen Hiſtoriæ Rom. puriſſimo & dulciſſimo orationis genere uſque ad Tiberii Imp. annum 16. deduxit, qui eſt à Nato Chriſti 32

**CORN. TACITUS** à Tiberii initio uſque ad Veſpaſianum pervenit ad Ann. Chriſti 72.

**SUETONIUS** duodecim primorum Imperatorum Hiſtoriam deſcripſit, uſque ad Ann. Chr. 98

Inde

DIO

DIO CASSIUS, CAPITOLINUS, LAMPRIDIUS, SPARTIANUS sequentium Imperatorum Vitas usque ad Gordianos interfectos pertexuerunt, videlicet ad A. C. 246

HERODIANUS quoq; à morte M. Antonini Philosophi usque ad Gordianos pervenit.

TREBELLIUS POLLIO & FL. VOPISCUS, sequentes Imperatores usque ad initium Diocletiani attexunt 288

*NB. A Diocletiano usque ad Rudolphum Habspurgensem, optimam utilissimamq; historiam condidit* CAROLUS SIGONIUS *Libris de Historia Occidentali, & de Regno Italiæ: quem adeò commodè etiam excipere poterit* GERARDUS de RHOO, *qui scripsit Historiam Austriacam.*

EUTROPII Epitome usque ad mortem Joviniani pervenit 368

AMMIANUS MARCELLINUS Libris 18. qui extant, historiam Constantii, Juliani, &c. usque ad Valentis mortem exposuit, quæ incidit in A. C. 382

PROCOPIUS bella à Justiniano. Imp. contra Persas, Vandalos & Gothos gesta descripsit usque ad A. C. 554

AGATHIAS pertexit Procopii historiam usque ad annum 564

ZONARAS Byzantius totius Mundi & Rom. Imp. Orientalium præcipuè res gestas tribus Tomis complexus est usque ad A. C. 1117

NICETAS Choniates, Orientalium Imp. historiam à Zonara scriptam continuat usque ad A. C. 1203

NICEPHORUS Gregoras Nicetæ historiam pertexit usque ad A. C. 1350

HAITHONUS & PAULUS VENETUS Tartarorum in Asia Imperium, & alia Orientis regna descripserunt.

CHALCONDYLES Athenienſis TURCICÆ gentis historiam scripsit, usque ad A. C. 1462

PAULUS JOVIUS Historiam rerum sua ætate in Europa, Asia & Africa gestarum, splendidè & magnificè scripsit ab A. C. 1494. usque ad A. C. 1546

JORNANDES res Gothicas usque ad Justiniani tempora complexus est.

PAULUS DIACONUS Langobardorum historiam usque ad Carolum M. reliquit, A. C. 800

Inde rerum Germanicarum Scriptores sequuntur.

EGINHARDUS Caroli M. Consiliarius.

REGINO Annales suos à nato Christo usque ad Ottonem I. deduxit ad A. C. 968

OTTO Frisingensis usque ad Fridericum Barbarossam, A. C. 1150

CONRADUS Abbas Urspergensis usque ad Fridericum II. 1230

CUSPINIANUS usq; ad Maximilianum I.

NAUCLERUS ab initio mundi usque ad A. C. 1500

SABELLICI Enneades Caspar Hedio perduxit ad A. C. 1538

SLEIDANUS Lutheri Historiam & statum Religionis & Imperii Germanici sub Carolo V. exposuit usque ad A. C. 1556

JACOBUS AUGUSTUS THUANUS *Sleidano merito additur, omnium Historicorum recentiorum facile princeps, qui Libris 138 Historiam Universalem complexus est ab A. C. 1545. usq; ad A. C.* 1607

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-12681-p0031-2

Fl. Th 234

GENEROSA NOBILITATE ET
AVITA VIRTUTE
*PRÆSTANTISSIMIS ORNATISSIMISQVE*
*JUVENIBVS,*

DN. GEORGIO ERNESTO Von Bülow/
DN. JOACHIMO [illegible] Von Bülow/
DN. THOMÆ C[illegible] Von Bülow/
Fratri[illegible]
Hereditari[illegible]
*Fautoribus*

Sa[illegible]

*ARs longa, vi[illegible] veterum Medico-*
*rum princeps [illegible] ille se tradiderat,*
*arte, sed & [illegible] obtinet. Vt enim*
*Medicꝰ vel [illegible], aut rectè medici-*
*nã faciat, di[illegible] nec minori indiget*
*etiam is, qui [illegible] el dirigere aliquan-*
*do velit; quod ipsa principia Pol[illegible] gularium attentam*
*observationem constituantur atq[illegible] rientia tantum mo-*
*mentum est situm, ut cum duplic[illegible] Aristoteles, Uni-*
*versalium & singularium, illos[illegible] xperientiæ ocu-*
*lum habuerint, longè prætulerit [illegible] liticorum seriem*
*retexere sciant: monetq; ibidem [illegible] nsiliisque plus fidei*
*tribuendum esse, quàm aliorum d[illegible] larum vero ac fru-*
*ctuosum est, plurimarum rerum e[illegible] rofecto arduum est.*
*Nam & singulari judicio, & pr[illegible] m nostri sunt arbi-*
*trii, quam virgula quædam di[illegible] prætereà indefessus*
*labos requiritur, & cauta sag[illegible] ptans in gravissi-*
*mum incidas periculum. Se[illegible] studio hanc rem*
*aliquis aggrediatur, si non alio[illegible] lut sapere periculo,*
*nequidquam sapiet. Proinde [illegible] nullum est majus,*
*expeditius atque fructuosius sul[illegible] monumenta & an-*
*nales*

Nocturna versare manu, versare diurna:

*Paris-*